Sanguis apparuit in genis
exultantium Francorum.
Hîc vindictam sumsit miles pariter,
nemo sic ùt Ludovicus.

Alacer & audax,
Hoc erat ipsi congenitum.
*Alium percussit*,
alium perfodit.
Propinavit subinde
suis hostibus
amarum potum.
Sic cesserunt hîc de vitâ.

Benedicta sit DEI virtus!
Ludovicus factus victor.
Dic omnibus sanctis gratias.
*Ipsius* facta victoriosa pugna.

At verò Ludovicus
Rex fuit felix.
Promtus utì *hîc* fuit,
Gravis quantum opus erat.
Serva ipsum, DOMINE,
in sua Majestate!